

*Dacum aliquem pro debitis novis vel de aliquibus annis prateritis incusaverit, Advocatus noster ipsi de Hardervvÿck dicta debita sua juxta leges terra sine aliqua multa, aut aliquo ejus damno adjudicabit. Item nulli de Hardervvÿck damnatio aliqua adscribatur nisi per causam qua ad amissionem vite vel manus se extendat. Item si ita contigerit, quod absit, quod halecia non capiantur, nec in Skanor falsentur, quilibet dato suo torghorehugh autoritatem habeat bona sua qua adduxerit sine teloneo libere abducendi. Item si alicubi infra Regni nostri terminos naufragium passi fuerint, Advocatus noster seu aliquis alius cujuscunque conditionis seu status existat, ipsorum bona nullatenus impediatur vel se de ipsis nullatenus incunctat; quandoquidem ipsa bona personaliter per se vel per alios quos ad hoc concessum vel conductum habere poterint, valeant de naufragio liberare. Item si aliquis ipsorum ligna sive carpenta in Skanor vel alicubi alibi in regno deposuerit, navemque suam cum aliis mercimoniis onustando abscesserit, ipse cum redierit dicta ligna sua absque impedimento recipiat, & ea soluto suo thorghorehugh absque omni alio teloneo libere deducat. Item si aliquem ex ipsis, intra regni nostri terminos decedere contigerit consanguineis suis & heredibus suis non*

pra-